



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

2. Vtrum omne scandalum sit peccatum? Et quomodo scandala debeant explicari in confessione? Ex p. 5. tr. 7. r. 2.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

prebens occasionem ruinæ. Dicitur autem *minus re-*  
*etum*, vel quia id quod præberet ruinæ occasionem, ve-  
*rè malum est*, vel quia licet sit bonum, habet spe-  
*ciam mali*; id enim quod bonum vñrè est, & tale ap-  
*paret*, non potest esse occasio lapsus, quin potius con-  
*firmat* & roboret homines in bono. Dicitur etiam *oc-*  
*casio*, quia nihil potest esse causa totalis, & adaequata  
*ruinæ & peccati alterius*: omnis enim qui peccat, pro-  
*pria voluntate peccat*, & solum potest esse causa mor-  
*alis & extrinseca*, quia potius *occasio*, quam *cau-*  
*sa appellatur*; scandalum vero passuum est ruinæ ip-  
*sa eius* qui peccat, occasione accepta ex dicto, vel  
*fæcio* alterius.

2. Scandalum actuum contingere potest dupliciter: Vno modo per se, alio per accidens. Per se duobus modis, Primo, quando expressa intentione expeti-  
*tive peccatum alterius*; secundo quando licet non adsit expressa intentio, opus ipsum, vel verbum tale est, natura sua, aut ex circumstantiis sufficiat inducere alium ad peccandum. Per accidens vero cum nec intentio operantis, neque conditio operis eod-  
*tendit*, ut alter ruat, sed ex prava dispositione peccan-  
*tis oritur*, vt inde sumat occasionem vbi non erat,  
*quod verbo tenus scandalum est*; verè enim non est scandalum & solet non appellari scandalum absolutum,  
*nisi quod est per se*. Ex quo sequitur posse esse scandalum actuum sine passiuo, quod quis quantum est ex se præbet occasionem ruinæ, sed ille, cui præbetur, pro-  
*itia integritate non labitur*; & potest esse scandalum passiuum sine actuo, quando aliquis ex sua malitia labitur, sumens occasionem, unde sumi non poterat. Et potest esse scandalum actuum, & passiuum simil, quando oppositio offendiculi sufficiens est, & effec-  
*tum fortior*. Quando autem est scandalum passiuum sine actuo, dicitur scandalum acceptum: quando autem est actuum, vel cum passiuo, ver sine illo, dicitur scandalum datum.

3. Scandalum merè passiuum præterea dividitur in scandalum pusillorum, vel infirmorum, & sandalum Pharisæorum. Scandalum pusillorum est, quod ex ignorantia, vel infirmitate oritur potius quam ex natura facti, quia eis aliquid apparet malum, aut habere speciem mali, quod est bonum, & tale apparet, nisi ignorantia eorum, qui scandalizantur, impedit. Scandalum vero Pharisæorum est, quod oritur ex pura malitia, aut ex ignorantia affectata & craſa (qua in hoc malitia æquiperantur) nam scandalum pusillorum ex ignorantia inculpabili procedit. Ita Docto-  
*res communiter*.

## R E S O L . II.

*Virum omne scandala sit peccatum?*  
*Et quando Scandala debeat explicari in confessione?*  
*Ex p. 5. tr. 7. Ref. 2.*

Sup. (Tento §. 1.) *N*on referam hic pugnantes DD. sententias, in hoc s. in phisicam esse potius, quam moralem: nam quod at-  
*tom. I. tr. 7.* & signan-  
*tinat ad proxim, parum refert, & ideo dico aliquem ter, in Ref. ex tripli intentione posse alterum scandalizare, Pri-  
*mo, per se*, directe intendendo ipsum ruinam, siue mortem & in aliis ea spíritualem proximi, siue ideo cupiendo eum hoc aut illud peccatum committere, vt reatum illius incurat, Secundò, directe intendendo eum inducere ad actum malum, non tamen quia hoc ei malum est, siue vt ipse peccati reatum incurat, sed ob alium finem; vt quia ipse sine alterius ope nequit perficere actum, quem cupit committere; qua ratione vñus alium, aut aliud inducit, vt fecum furetur, aut fornicetur. Tertiò faciendo aliquid peccatum, aut speciem pec-*

cati habens, quo credit alium inducendum ad pre-  
*catum*, nullo tamen modo id exprefse intendendo, sed solum interpretatiè, quatenus vult facere id, ex quo videt alterum sumpturum occasionem peccandi. Fatentur autem communiter omnes DD. omnes inducentem alterum aliquo ex dictis modis ad peccandum peccare, tenerique hoc exprefse, & diffini-  
*confiteri*, nec in his, aut in modo illud peccatum con-  
*fitendi inter se dissident*. Ita Coninch. dis. 3. cap. 1.  
*n. 35. Lorca in 2.2. sect. 3. disp. 5. n. 6. Azorin. 1. lib. 1.2. c. 1.6. q. 2. & seq. & alij.*

2. Verum non delinac hic per extenū appone-  
*re in gratiam curiolorum, verba doctissimi, & amicul-  
*simi Patris Hurtado de Mendoza in 2. 2. lib. 17. 3.  
 sect. 8. §. 6. 1. vbi sic ait. Premitemus enim est diu inven-  
*tiōne oppositione scandalis, cum charitate, aut discrimi-  
*ne scandalis actuum & passiuo, esse speciales potius,  
*quam practicas, etenim in quibus sententia scandalis  
*tenetur expondere in confessione, qua ratione fit  
*alicui occasio peccandi, neque satis esse expondere  
*scandalis alicui peccatum, sed opus est expondere in  
*speciem scandalis actuum, tum passiuo. Actuum que-  
*dum est expondendum in specie, quia si opponitur alii  
*virtutis, est explicandum, quia mutat speciem, & figura  
*fuit alicui causa furandi: quod si scandalum non  
*opponitur alii virtutis, est etiam explicandum, ut  
*scandalum tantum habere malitiam scandalis, ut si ergo  
*actu aliquo de se indifferente fuit alicui causa furandi.  
 Si vero scandalum erat actus de se indifferente, non est  
*opus explicare illius speciem, satis enim est dicere  
*actu malo fuisse alicui occasionem furandi. Nisi qui ei-  
*stimeret actu de se indifferente contrahere du  
*malitias ab eventu, ut qui solvit ieiunium peccata  
*contra Religionem & temperantiam. Adhuc tamen a  
*præfatis non est opus explicare actu differentem,  
*qui fuit causa ruinæ, quia non habet rationem mali-  
*nisi anocimento. Hoc mili prohibetur, & ratione  
*lius omnis actio dans occasionem, at in ieiuniis legi  
*ipso abstinentia præcipitur in honorem Dei, ob quod  
*duæ leges violantur. Nec est opus explicare cibum, nisi  
*alia leges sit etiam indifferens, ut sunt cibes, at non est  
*opus alios cibos explicare de se indifferentes etiam  
*hac die ieiunij. Quid enim refert me verbo hodi-  
*renti, aut indifferenti facto eam occasionem deduc-  
*ratio a priori est, quia ille occasions non aliunde acci-  
*piunt malitiam, quam ex damno proximi, quod sup-  
*pono esse idem illatum ab utraque. Item explicandum  
*est, an formaliter sit volta alterius ruina, quia ha-  
*species est graui sima in ratione secundum. Item expi-  
*riendum vñrum consilio & persuasione & voluntate  
*directe lata in peccatum alienum, an vero solum in-  
*terpretatiè, & in causa voluerit peccatum alienum,  
*quamvis enim haec non mutant speciem obiectum  
*at intra illam sunt validè diversa. Item opus est expli-  
*care actu internum, quo volumus actionem cathe-  
*nam futuram occasionem alieni peccati, quamvis  
*actio illa externa non fuerit exercita, vt tenetur ex-  
*plicare voluntatem furandi, quamvis futurum non ad-  
*mittatur. Item tenetur explicare actionem externam  
*exercitam cum probabili periculo quod illa erat fu-  
*ture occasio peccati, quamvis re ipsa non fuerit, ut  
*tegenter confiteri actionem aliquam pertinenter ad  
*furtum, quamvis futurum in re ipsa non contigerit.  
 Ratio a priori, quia omnes illæ actions sunt peccata,  
*omne autem peccatum mortale est materia necessaria  
*confessionis.***

3. \* Exponenda etiam sunt omnia scandalum peccatum in specie, nec enim satis est aperte te fulle mali in occasionem peccati, sed opus est afftere, cum si peccati in specie, an luxuria & adulterij? ut cum suis alterius; Ratio est, vel quia scandalum actuum est in eadem specie cum passiuo, unde actuum expeditus

## RESOL. IV.

explicari non possit sine passio; vel quia damnatur in se valde diuersa, ex quorum diuersitate sumuntur etiam diuersitas scandali actiui. Quamvis enim omnia scandala sint contra charitatem, tamen inter illa est diuersitas specifica pro diuersitate damni ilaci. Scandalum enim actiuum, quo Antonius est in causa, vt Franciscus furetur, differt specie à scandalo actiuo, quo illum mouet ad homicidium propter diuersitatem specificam homicidij, & furti. Quidam modum furtum species differt à detractione famae, & utrumque ab homicidio, quamvis omnia sint contra iustitiam, quia eadem virtus iustitiae interdicit plura obicit, & inter se tam distantia, vt constituant diuersitatem specificam moralem. Nec enim facis est dicere te fuisse iniustum in materia graui, sed opus est dicere, an in fortunis: an in fama: an verò in vita. Idem patet in intemperantia, explicandum enim est, an sit in luxuria, & in hac explicanda sunt species, an si moliasses, an sodomia, an forniciatio simplex? quia species sunt distinctæ intra luxuriam contra castitatem. Item explicanda est intemperantia ebrietatis, item & cibi superflui, differt enim specie potus inebriante, & cibus satians. Idem patet in Religione, est enim explicanda circumstantia loci facii, & persona sacra. Percutere enim Clericum, diuersa irreligio est, ac percutere laicum in templo. Item peccare cum Sanctimoniali, est diuersa irreligio, ac uti propria vxore in templo. Item violace imagines est diuersa irreligio, ac conculcare Christi corpus. Ita Hurtadas vbi supra, cui ego libenter adhaereo.

## RESOL. III.

An peccantes coram aliis excusentur aliquando à peccato mortali?  
Et in casu, quo times à te alios scandalizatis esse, teneris in confessione explicare numerum personarum, & speciem peccati? Ex part. 5. tractat. 7. Ref. 3.

**R**espondeo plures coram aliis peccantes exculari à peccato scandali, vel quia videntes ita sunt in bono stabiles, vt nullo modo peccatis visus censeatur ad peccatum moueri; vel ita sunt perditi, vt peccatum aliorum nihil illos immutet. Ita Salas tom. 1. in part. 2. tract. 7. diff. 3. sect. 4. n. 8. Sanchez in summa, tom. 1. lib. 1. c. 6. num. 7. Alfonius de Leon vbi infra n. 24. Castrus Palau tom. 1. tract. 6. diff. 6. punct. 2. n. 4. Et id Sancius in selectis diff. 46. num. 11. optime notat, quod à scandali peccato excusant plurimi, quod vel ipsi tam prauis moribus imbuti sunt vt ab illis de praetendo exemplo nihil curret, nec inde argumentum sumatur ad libertus vitis vacandum; vel de eo curantes ita ad peccandum faciles atque inclinati sunt, vt non censeatur moralis error inductio.

2. Notandum est verò hinc unum, quod plurimi miserabilem nolunt intelligere, videlicet in casu quo timores à te alios scandalizatis esse, teneris in confessione explicare numerum personarum, & speciem peccatorum, v.g. Meo malo exemplo scandalizauit tota personas inducendo talia peccata, aliter non satisfacit. Ita Fillius tom. 2. tr. 28. cap. 6. n. 226. Sylvius in 2. 2. g. 43. art. 3. concl. 2. Castrus Palau vbi sup. punct. 4. n. 3. & Bonacina de peccatis disputat. 2. g. 4. punct. 2. numer. 42. vbi citat Sanchez: quibus etiam addit Molophilus in summa, tom. 1. tract. 8. cap. 10. numer. 1. & Leonem de offic. Confess. tom. 1. recollect. 14. numer. 9. & 10. & ratio iam ex Hurtando posita est in superiori resolutione.

Tom. VII.

*An sine scandali peccato possim redimere vexationem iniustam in administratione Sacramentorum prebendo pecunias?*

*Idem est pro audiendo Sacro in die festivo, & ministranda Eucharistia, &c.*

*Et an hoc sit Symonia?*

*Et an in aliquo casu, v.g. infantis moritur sine Baptismo, non solum licitum sit offerre pecuniam pro eius administratione, sed teneri?*

*Et late explanatur in quibus aliis diversis casibus hoc licite posse fieri, si adsit necessitas grauis. Ex p. 5. tr. 7. Ref. 16.*

**S. I.** Negatiuè respondet D. Thom. in 3. diff. 5. <sup>Sup. hoc lego doctrinæ</sup> quest. 2. art. 2. questione 5. ad 2. Paludanus <sup>ad 2. 17. Marsilius quest. 4. art. 4. dub 14. Scō</sup> Resolutionū diff. 15. quest. 2. ad 2. Gabrieł ibidem q. vii. art. 2. annotationū post 2. concl. Alexander de Ales 2 part. q. 187. num. 3. <sup>lequentium</sup> art. 3. §. 1. & alii penes Vafquez opus. de scandalo, <sup>hucus Ref.</sup> quaff. 43. art. 8. dub. vlt. num. 59. afferentes non esse licitum pecuniam offerre; vt administretur sacramentum Baptismi existenti in extrema necessitate; quia emere Sacramentum intrinsecè malum est, ac proinde ex nulla circumstantia etiam succurrendi extremae necessitatis licite fieri potest. Et virgetur magis argumentum, quia in hac oblatione pecuniae non tantum scandalizatur frater accipiens illam, sed etiam est peccatum simoniae, quia in ipsa oblatione pecuniae emititur Sacramentum, quod tam simoniacum est, quād ipsum vendere.

2. Veūn his non obstantibus, ego puto posse <sup>Sup. hoc in</sup> licite offerre pecuniam Sacerdoti nolenti moribundum infantem baptizare sine pretio, imd si alia ratione non potest illi persuaderi administratione Sacramenti, nisi pecunia oblata, adest obligatio illam offerendi. Et ratio est, quia id non est scandulum, quia ego tem peto quae potest fieri bene & male, occasio nein autem non do ad peccandum ex infirmitate, aut ignorantia, sed ex puramalitia, quam ego non tenor vitare cum tanto meo incommodo, aut alieno, vt de viurario dictum est: neque item peccato contra Religionem, quia ego vel confuso minus malum, quod in nullo euentu est illicitum, neque contra virutem villam, quando grauius non potest alia ratione vitari; vel quia ego non aestimo Sacramentum pecuniae, neque illam de pro Sacramento, sed præcile volo allucere voluntatem iniqui ministri vt veluti mihi conferre Sacramentum. Cū autem illa oblatio non sit absoluta, sed tantum conditionalis, nempe ex suppositione quod ille a iter nolit, non possum ego dici illum inducere: ergo illa actio non aestimat Sacramentum pecuniae, sed tantum vult allucere pecunia voluntatem ministri, vt me Sacramento tingat, aut soluat peccatis, quia Sacramenta ego censeo non aestimari pecuniae, neque pro illis eam do, sed pro sola voluntate Ministri.

3. Quod autem in tali casu non solum licitum sit offerte pecuniam, vt probatum est, sed deberi, pater, nam ex oblatione pecuniae nullum sequitur incommodum, ex ea negata sequitur tantum incommodum, vt ego illud teneat vitare, etiam cum vita discrimine, quia eo ipso quod assentiens opinioni probabili offram pecuniam, sum immunis peccato scandali & simoniae, quia illa opinio probabilis me excusat. Oblata autem ea pecunia infantem eripio ab æterna damnatione, negata autem pecunia infans relinquitur dñan dus æternus. Ergo teneor hoc incommodum evitare, si quidem sine incommodo possum. Lex enim charitatis me obligat quoties sine incommodo possum.

E e 2 Et